

## Introduction

Auteurs : von Jan, Carl

## Les folios

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

6 Fichier(s)

## Les mots clefs

[Aristides Quintilianus](#), [Aristoxenus Tarentinus](#), [Marquard \(Paul\)](#), [Meibom \(Marcus\)](#), [Nicomachus Gerasenus](#)

## Les relations du document

Ce document n'a pas de relation indiquée avec un autre document du projet.□

## Présentation

Mentions légales  
Fiche : Laurent Capron (Centre Jean Pépin, UMR8230, CNRS-ENS-PSL) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)  
Editeur de la fiche\*\* Editeur & Nom du projet \*\* ; EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle)  
Contributeur(s)

- Capron, Laurent (édition scientifique)
- Cucciniello, Maria Laura (édition numérique)

## Information générales

Langue

- Grec ancien
- Latin

Collation

6 pages

## Description & Analyse

Description  
Présentation des études sur les traités des musicographes depuis l'édition de Meibom (1652) jusqu'à l'édition de Jan (1895). L'accent est mis sur les

dernières recherches en matière d'identification de manuscrits.

## Informations Bibliographiques (eMSG)

Titre	Auteur	Date	Lien
Antiquae musicae auctores septem. Graece et Latine. Marcus Meibomius restituit ac notis explicavit.	Marcus Meibom	1652	<a href="#">Lien externe</a>
Aristidis Quintiliani de musica libri III.: cum brevi annotatione...	Albert Jahn	1882	<a href="#">Lien externe</a>
De musicis Graecis commentatio. Inest fragmentum ineditum ad Cl. Ptolemaei Harmonicam pertinens	Johannes Franz	1840	<a href="#">Lien externe</a>
Theonis Smyrnaei philosophi platonici Expositio rerum mathematicarum ad legendum Platonem utilium	Eduard Hiller	1878	<a href="#">Lien externe</a>
Die Handschriften der Hymnen des Mesomedes	Carl von Jan	1890	<a href="#">Neue Jahrbücher für Philologie und Paedagogik</a>
Ἀριστοξένου ἀρμονικῶν τὰ σωζόμενα: Die Harmonischen Fragmente des Aristoxenus	Aristoxenus Tarentinus	1868	<a href="#">Lien externe</a>
Ludwig van Beethoven	Hermann Deiters	1882	<a href="#">Lien externe</a>
De Aristidis Quintiliani doctrinae harmonicae fontibus	Hermann Deiters	1870	<a href="#">Lien externe</a>

Notice créée par [Laurent Capron](#) Notice créée le 15/05/2023 Dernière modification le 22/12/2024

## PRAEFATIO.

---

Musicae artis doctrinas Graecas, quas Meibomius anno 1652 ediderat redigendns esse ad meliorum codicium fidem quamquam multi diu iactabant, adversissimis tamen rebus factum est, ut ad hunc diem incerent neglectae. Ioannes Franz quidem, qui de inscriptionibus Graecis edendis bene meritus est, multa ad musicos restituendos comparaverat, ab anno 1833 ad 1839 Romae versatus multos codices vel excusserat vel transscriperat, textus etiam libellorum constituendos suscepserat magnasque operis partes absolverat, sed — sive incepto ipse destitit, sive deficiebant bibliopolae, — praeter exiguum laboris specimen, de musicis Graecis commentationem (Berolini 1840), nihil e scritis prodidit. nec tamen spermenda est huius viri cura, quippe qui plurimum ad verbum e codicibus transcripserit et codicis cuiusdam eas partes contulerit, quae a ceteris neglectae ad veras lectiones constituendas valent plurimum (W). hoc mortuo (1851) Poetko Grimensis apparatus congestum emisse doctrinasque editurus fuisse dicitur, locos etiam nonnullos e Fabrici bibliotheca exscripsit, in publicum ille nihil edidit. iam monente Ritschelio ad musicos publicandos se accinxit Fran-

ciscus Buecheler. e variis hic Germanine codicibus lectiones contulerat vel conferendas iusserat, Aristoxeni artem harmonicam restituere cooperat, cum materiae ariditatem pertaesus reliquit. hoc ita se habere cum a Froehnero quondam Lutetiae comperisse, ego musicæ artis non minus studiosus quam litterarum Graecarum amicus a Buechelero petivi et impetravi, ut quidquid ad hos libros edendos comparatum esset mihi cederet. summa tum industria haec artis praecepta legi et relegi, nec examinum subeundorum terroribus nec scholarum habendarum muneribus inde sevocatus sum, iam Aristoxeni textum et lectiones conscribebam, cum opus a Marquardo Berolinensi confectum esse audio. quo nuntio accepto Aristoxenum ego, nec tamen musicos deserui, immo cum viris similia cogitantibus societatem operum ini. Hermann Deiters enim editurus erat Aristidem; Paulus Marquard confecto Aristoxeno (qui in publicum prodiit a 1868) euraturus erat Theonem et Nicomachum, ego introductioni me dedidi quam olim ferebant esse Euclidis, qua absoluta reliquias illas doctrinas suscipere volebam. fautor validissimus societati affuit Guil. Studemund, qui ut Marquardum in edendo Aristoxeno iuverat, ita nobis et collationum copia et consilii auctoritate se affuturum pollicitus est. sed nulli nostrum contigit, ut quod sperabat continuo perficeret. Marquard enim morbo gravissimo vexatus et in calidiora loca profectus Messinae diem supremum obiit, Deiters et scholæ moderandæ negotiis et Beethoveni vita describenda distinebatur, ego Cleonidis quam dico introductionem absolutam Studemundo proposui, ut iudicaret; qui cum

plagulas typis impressas legere mallet quam quae currente penna conceperam, respondere cunctabatur, ut ad alia studia me converterim. edita est Theonis expositio 1878 per Hillerum, in [publico apparuit Aristidis ars 1882 auctore A. Jahnio, — Nicomachi Euclidisque doctrinas musicas nemo recognovit, ut qui has particulias emere volebant, tanquam Sibyllae peterent libros, universo solvendo pretio exiguae sibi pararent reliquias.

Anno autem 1880 Studemund canonis divisiones aliquas Florentiae inventas discipulo cuidam mandavit edendas permisitque ut inspicerem, et cum novam ego viam interpretandi proposuissem, hanc probandam esse intellexit. inde vir sagacissimus consiliorum meorum exstitit actor et moderator impigerrimus. nam quidquid lectionum aut ipse aut Marquard ex Italia vel aliis bibliothecis enotaverat, summa liberalitate mihi commodavit, nec tempori ille nec labori pepercit, quin ad textus restituendos sua ipse sollertia me imbueret. hunc egregium virum nobis morte ereptum esse nec opere absoluto mecum posse gaudere pio animo conqueror. atque aliorum etiam virorum beneficiis in perficiendo opere adiutus sum. nam quod Marciani patris et Vaticani filii lectiones non raro discordabant, iterum conferendus videbatur codex Marc. VI 3; qui tamen regno Italorum et bibliothecis praeyerant, publice rogati recusabant, ne codicem Argentoratum mitterent. ex his angustiis expeditus sum comitate Albrechti, qui vir clarissimus ab Alsatiae gubernatore stipendum petivit, quo sublevatus codices Italos perscrutarer. ita superiorum liberalitate mihi contigit, ut Marquardi

codicem penitus exhaustirem, hymnorum archetypum V invenirem, lectionum vulgatarum auctorem U cognoscerem atque Milani Bononiae Mutinae, numquid existaret ad consilia mea utile, perquirere possem. dein postquam propter Θεοδώρω illud (Bacch. 101, 8) codicem Mersenni Lutetiae pertractavi et essentiae alii libri musicis utiles paucis Pentecostes diebus circumspectavi, huius editionis prodromon publicavi Bacchii artem in annali programmate lycei Argentinensis 1890. ne tamen neglegerentur Neapolitani codices, quorum locos satis speciosos prodiderant Bellermann et Studemund, hanc quoque bibliothecam adeundam existimavi, atque eorundem superiorum beneficio et liberalitate iterum adiutus in Italiam abii, Borbonici codices quantum ad hos musicos et Ptolemaeum curandos valerent, Neapoli perquisivi, fragmenti rhythmici Parisini socium Italicum inveni, Barberinos etiam codices Romae lustravi, e Vaticano id quod opus erat conciliante Peterseno impetravi ut Mai excuteret (a. 1891). piae hic gratiae mihi profitendae sunt omnibus iis qui in Italia Gallia Germania codicum partes vel locos mihi examinaverunt et qui bibliothecis praefecti opera et liberalitate me adiuverunt, imprimis Soranzo Veneto Comiti comissimo, qui quidquid desiderabam celerrime expedivit et tabulam II photographi opera conficiendam curavit. nec unquam obliviscar Deitersium quae e Monachii codicibus exscripserat summa liberalitate mihi commodasse, Ruellium autem excutiendo Parisino 2532 quae de Bacchii codicibus statueram confirmasse et comprobasse.

Comparata autem codicum et lectionum materia ipsi textus musicorum recensendi erant. sed scriptorum

multitudine codicumque copia opus tardabatur nec celeri cursu ad finem pervenire potui. nam suscipienda erant doctrinae metricae studia, ut Bacchium recte interpretarer, tractanda erat astronomia, ne in Neapolitanis illis fallerer. diu opus morabantur Peripateticorum difficultia problemata in musicae Graecae fontibus minime neglegenda; his autem pervestigandis ad ipsum Aristotelem adductus sum, nec puto negre feres quod quae hic de arte illa cogitavisset colligenda suscepimus. oemiorum autem longitudines si improbas, venditorem quoero vitupera, qui ut oculis tuis parceret, quae minoribus litteris in paucas paginas comprimere poterat, benevolo animo in hanc amplitudinem distractus, quod autem huius artis codices omnes enumerare conatus sum, magnum hoc fuit moliri nec universos me complexurum sperabam; sed ad posteriorum utilitatem iacienda diffusi operis fundamenta aliqua videbantur et quasi loculi quidam instituendi, ut quod quisque ubique neglectum invenisset hue conferret. (qua in re iacienda quaero, ut qui Ptolemaei vel Porphyri codicem describat, ne exitum notare omittat.) atque in hac operis parte egregie me adiutum esse Brunonis Keili scientia et humanitate grato animo profiteor.

Exeant iam in publicum musici diu obliterati, ac videant homines docti, numquid mea opera valeat, iudicentque rectene fecerim, quod ubi possem codicem auctoritatem tuendam putarem, ubi non possem, ut in Euclidis protasi 18, proprio iudicio niterer, ac quod in varia lectione conscribenda verborum quidem rationem religiosissime reddidi, in signis autem vel notis musi-

cis, quarum diversitates plumbeis formis accurate ex-  
primi non semper possent, gravioribus rebus compa-  
ratis et collatis minutias communicare supersedi. mul-  
tis quidem de rebus variis temporibus sententia varia-  
bat timeoque ut locis comparatis partes omnes inter  
se satis coaequatas esse dicas. at adest senectus,  
morbo iam obscuratur oculorum nies, imminet laborum  
finis. ne quod passi sunt in hoc opere suscepto Franz  
Poetko, Marquard Studemund, mihi quoque interveniat,  
finienda nunc negotia opusque tot hominum laboribus  
paratum et a me per tot annos curatum tandem emit-  
tendum est. tu animo suscipe benevolo!